



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

Reverendissimo In Christo Patri, Et Domino D. Stephano VVebero Mysiens.
Episcopo, Reuere[n]diss. & Illustriss. D. D. Ioannis Svicardi, Archiepisc.
Moguntini, Princ. Elect. In Pontificalib. Vicario, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)



REVEREN-
DISSIMO IN CHRIS-
TOPATRI, ET DOMINO D.
Stephano Vvebero Mysiens. Episcopo,
Reuerédiss. & Illustriss. D. D, IO ANNIS
SVICARDI, Archiepisc. Moguntini,
Princ. Elect. in Pontificalib.
Vicario, SS. Theolog.
Doctori. &c.

IOANNES BVSAEVVS.

Miraris fortassis, Reuerendis Do-
mine, cur post tot piarum com-
mentationum libellos, à Soci-
etatis nostræ patribus, aliisque, editos,
nouum moliar Opusculum. Suscepti
cōsiliū causam ingenuè aperiā. Optarunt
† 2 mecum

P R Æ F A T I O.

mecū iam diu multi orationis mē-
talis amātes vnum aliquem confici
manualem libellum, in quo multæ,
& variæ, eæque breues Meditatio-
nes, quarum vsus toto anni decursu
seruiret, continerentur. Quæ enim
hactenus in lucem prodierunt, aut
prolixiores sunt, vt Petri Canisii,
Ludouici Granatensis, Francisci
Costeri, Hieron. Natalis, & Vincē-
tii Bruni: aut æquo breuiores, &
pauciores, vt Gasparis Loaris, An-
drotii, Pinelli, & similibus. Itaque
opere p̄teritum me facturum existi-
mani, si ex dictis, aliisque auctorib.
maximè in Partheniorum Soda-
lium gratiam (quibus Congrega-
tionis Leges non semel hoc pium
Exercitium commendant) multas
& varias Meditationes breuiter in
tria puncta distinctas in vnum O-
pusculum contraherem: tum vt exi-
guo ære, laboreque omnibus me-
ditan-


P R Æ F A T I O.

ditandi materia suppeteret, tum ut Patres spirituales, qui viam rationemque commentandi aliis præscribunt, vnum aliquem auctorem haberent, quem huius sanctæ exercitationis studiosis commendare possent. Cur autem hunc qualemcunque laborem sub Reuerendiss. D. T. auspicio & tutela lucem aspicere voluerim, non nouæ, sed antiquæ me permouerunt causæ, quas ante octennium in epistola dedicatoria ad quartam Meditationum nostri P. Bruni partem ex Italico idiomate in Latinum à me conuersam commemoravi, nimirum constans tua, suiq; semper similis, tum in hoc Collegium Moguntinum, imo Societatem nostram vniuersã voluntas & beneuolentia, tum in Sodalitatem D. Virginis MARIE Annunciatæ, quam totos viginti octo annos, quibus illa Moguntia:

† 3 floruit.

PRÆFATIO.

Floruit, velut Sol quidam virtutum
tuarum radiis cū omnium gaudio
& gratulatione illustrasti, fauor &
propensio. Quo fit, vt vtroque no-
mine Reuerendiss. D. T. licet iam
ad deuexam ætatem vergenti, non
modo longiorem huius vitæ, pro
Ecclesiæ Moguntinæ incolumitate,
vsuram, verum etiam sempiterna
alterius vitæ sæcula, omnes quot-
quot in Collegio Moguntino de-
gimus ex animo optemus. Mo-
guntia, ipsis Annunciata Dominæ
nostræ feriis. Anno ab eius-
dem partu. M. DC. VI.



PRÆ-